



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniae, 1526

VD16 E 3030

85 [i.e. 84] Co[n]fudit hic opiniones Lutherus, & redit ad causatione[m]
no[mi]nis, l[...] erra[n]s, ul[...] q[...] hu[n]c fateri erubesce[n]s

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

pt, cū aliq̄ (puta ad bonū) niti & conari, & nō in ni-
hilū ferri ul' gescere studiū possit. Sūma, q̄rsū q̄rsū
sele uerterit Diatribe, nō pt cōtradictionib' & pu-
gnātib' dictis elabi, ut non tā ip̄m libere arb. qd̄
defendit, captiuū sit, q̄ ipsa captiua est, Sic em̄ in li-
berando arbitrio irretitur, ut cum libero arbitrio
insolubilibus uinculis teneatur.

84 Deinde hoc merē figmentū dialecticū est,
qd̄ in hoīe sit mediū & purē uelle, nec possunt pro-
bare, qui id asserūt, Ex ignorantia rerē, & obseruā-
tia uocabulorē natū est, quasi continuo sic sit, in re
sicut disponitur in uocabulis, qualia sunt infinita
apud Sophistas. Sic potius res habet, ut Chrs ait,
Qui nō est mecū, contra me est, Nō ait, Qui nō est
mecū, nec cōtra me, sed in medio est, Quia si deus
in nobis est, Satan abest, & nō nisi uelle bonū adest
Si deus abest, Satan adest, nec nisi uelle malum in
nobis est, Nec deus, nec Satan, merē & purē uelle
inūt in nobis, sed sicut recte dixisti, amissa liberta-
te cogimur seruire pctō, hoc est, nos uolumus pec-
catū & malū, loquimur peccatū & malū, facimus
peccatū & malū. Vide huc ppulit Diatriben im-
prudēter, inuincibilis & potētissima ueritas, & stul-
tā fecit sapiētia eius, ut cōtra nos dictura, pro no-
bis cōtra se dicere cogereēt, nō aliter q̄ facit libere
arb. aliqd̄ boni, tū em̄ cōtra malū faciendo, maxie
cōtra bonū male facit, ut Diatribe ipsa talis sit in
dicendo, quale est lib. arb. in faciendo, Quāq̄ &
ipsa Diatribe tota aliud nihil sit, q̄ egregiū opus
liberi arb. defendēdo dānans, & dānando defen-
dens, hoc est, bis stulta, dum sapiens uult uideri
tum, prudēter. Sic habet prima opinio sibi ipsa cōparata
ut neget

ut neget, quicquid boni posse uelle hominem, & tamen
relinqui studium, quod tamen suum quoque non sit. Iam comparemus
eam reliquis duabus, Altera enim illa durior est,
quae sentit lib. arb. nihil ualere nisi ad peccandum,
Haec uero est Augustini, ut multis alijs locis, tum pri-
mario libello de spiritu & littera, capite (nisi fallor) quar-
to aut quinto, ubi illis ipsis uerbis utitur. Tertia illa
durissima, est ipsius Viglephi & Lutheri, eae lib. ar-
bitrii inane nomen, oiaque quae fiunt, eae merae necessitatis, Cum
his duabus conflictat Diatribe, Hic dico, forte non su-
mus satis Latini uel Germani, ut rem ipsam non potue-
rimus edisserere, Sed testor deum, aliud nihil uolui di-
cere, nec aliud intelligi per uerba duarum postrema-
rum opinionum, quae id quod dicitur in prima opinione, Nec
Augustinum aliud uoluisse arbitror, nec aliter ex ip-
sius uerbis intelligo, quae quod prima dicit opinio,
ita ut tres opiniones a Diatribe recitatae, apud me
non sint nisi una illa mea sententia. Postquam enim conce-
sum ac ratum est, lib. arb. amissa libertate, cogi in ser-
uitute peccati, nec posse quicquid uelle boni, ego ex
his uerbis nihil aliud possum concipere, quam lib. arb.
esse inane uocabulum, cuius res amissa sit, Amissam li-
bertatem mea grammatica uocat nullam libertatem, tri-
buere autem libertatis titulum ei, quod nullam habet liber-
tatem, est tribuere inane uocabulum. Si hic erro, reuo-
cet quae potest, Si sunt haec obscura & ambigua, illustret
& stabiliat quae potest, Ego sanitatem amissam, non pos-
sum sanitatem appellare, nec si aegrotus eam tribuero,
aliud tribuisse uideor, quam inane nomen.

86 Sed facessant monstra uerborum, Quis enim fecit
istud abusum loquendi, ut hominem simul habere
lib. arbitrium dicamus, & simul amissa libertate